breuiarum bonis tenutae ipsius villae Posthowiczę permisit et reliquit possessionemque eius eidem Nobili Ben[…] nicol[…] eiusdem villae praecauit et admittere destituit quae ita acta in acta fieri ipse ministerialis requisivit.

42 Vulnera Skowronek ciuis de Jaroslaw contra Korzenski

Famatus Jacobus dictus Skowronek ciuis de Jaroslaw subditus magnifici domini Christofori comitis in Tharnow Castellani woyniczensis et capitanei de Sanoca coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislien. ostendit et manifestauit ac testatum fecit vulnus sanguinolentum enorme sub brachio manus sinistrae quod vulnus asserebat sibi fore inflictum in via libera et publica nemini obnoxium per nobilem Nicolaum Korzynsky generosi Domini Petri Dersniak de Rokithnica quod vulnus officium vidit debiteque conspexit ac suscepit.

Vulnera Koschurycz de Blazow contra Hrycz et Fedor de Blazowa

Actum in Castro praemislien. feria sexta ante festum Nativitatis gloriosae Virginis Mariae proxima Anno Domini 1565.

Ministerialis terrae praemislien. prouidus Karassim de Blazow vna cum Nobilibus Joanne Strzeleczky et Andrea Blazowsky secum comparentibus coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislien. stans personaliter in vim relationis suae palam et per expressum recognouit quia ipse ministerialis cum dictis Nobilibus feria tercia proxime praeterita vidit vulnera super laborioso Waszko Koschurycz de villa Blazowa subdito nobilis Sigismundi Blazowsky primum vulnus sextum cruentum enorme in capite parte sinistra. Item aliud vulnus liuidum per totum latus sinistrum. Item vulnus cruentum in tibia liuidum in pede dextro circa costam. Item duo vulnera liuida in manu dextra. Item pedis dextrae. Item duo vulnera liuida in manu sinistra quae vulnera asserebat sibi fore inflicta in via libera et publica eunte ad coemendum agri domini sui per laboriosos Hryczko et Fedor filios laboriosi Jaczko Janda subditos vero nobilis Petri Blazowsky de villa dicta Blazowa qui propter enormitatem vulnerum in dicta villa sorte sua Blazowa qui propter enormitatem vulnerum ministerialis tunc eiusdem vulnera manifestari coram officio praemislien. circa quam insti[…] etiam vulnera receperunt eius Waszko Kratro sextam duos pileos quae ita acta in acta fieri ipse ministerialis requisivit et nobiles praefati iidem relationem ipsius ministerialis sua recognitione personali attestati sunt.

Vulnera Boryslawski contra alterum Boryslawsky

Nobilis Koszy Boryslawsky coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislien. ostendit et manifestauit vulnera primum vulnus sextum cruentum in digito medio. Item aliud vulnus sextum cruentum in digito medio. Item aliud vulnus sextum cruentum in digito indice manus sinistrae. Item vulnus liuidum enorme in femore sub ascella eiusdem manus sinistrae. Item aliud vulnus liuidum in auricula sinistra. Item vulnus 43 cruentum in naso. Item duo vulnera cruenta in pede sinistro quae vulnera asserebat sibi fore inflicta per nobilem Stanislaum Boryslawsky quae vulnera officium vidit et suscepit.

Intromissio non est admissa Jassienczki per Zerleczki

Ministerialis terrae praemislien. prouidus Jaczko Dankowicz de Koblo vna cum Nobilibus Michaylo et Waszko Jassienczkye secum comparentibus coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislien. stans personaliter in vim relationis suae palam et per expressum recognouit quia die hodierna dum missus equitarat ad intromittendum Nobilem Antonium Jassienczki ad bona sua sortes villarum Zerlko et Lubochow Nobilis Waszko Zerleczky Dziacon […] excepta curia ibidem existentem hoc vigore inscriptionis castrensis praemislien. per eundem Waszko Zerleczki praefato Antonio Jassienczki super summam centum florenorum pecuniae communis bone monetae et numeri polonicalis et inscripti extra […] dicti intromissi in praefata bona per eundem Waszko Zerleczki praefato Antonio Jassienczki non est admissa imo tunc temporis quae ita acta et in acta fieri ipse ministerialis requisivit et nobiles praefati relationem ipsius ministerialis sua personali recognitione attestati sunt.

Relatio ministerialis ex parte Zozanska contra Jamienski

Ministerialis terrae praemislien. prouidus Jaszko Dankowicz de villa Koblo vna cum Nobilibus Matheo et Waszko Komarniczkie ac Iwan Rozansky secum comparentibus coram officio et actis praesentibus castrensibus praemislien. stans personaliter in vim relationis suae recognouit quia eidem ministeriali et dictis nobilibus est obductum et prolatum feria quinta post festum sancti Petri Vinculati proxime praeterita Anno praesenti ex parte nobilis Anastasiae consortis nobilis Waszko Zozansky in et contra Nobilem Mikolay Jamiensky filium nobilis Alexandri Jamiensky quia ipse oblitus status et conditionis suae militaris nulla sibi difficultate praemissa nec attentis iuribus et statutis regni omnia violentiarum genera sub poena prohibentibus spretis libertatibus ac pace communi et tranquillitate quibus ceteri regnicolae gaudent his omnibus postpositis ipsam Anastasiam Zozanska pace communi et tranquillitate priuans assecutus in domo et curia eius solita residentiae in villa sortis